

...ung ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...

...
...
...
...
...

... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...

... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...

... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...

... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...

... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...
... die ...



TOMUS XXXIV.
MISCELLANEOUM.

~~G. V. f.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-45.

SIGNAT. 1515CCCXIII.

6 bände:



I
De
IUSTIFICATIONE
VITÆ, THESES IN-
AUGURALES:

quas,
Præsidente & adjuvante Deo
Opt. Max.

Autoritate & decreto Reverendi &
honoratissimi Collegii Theologi-
ci, in illustri Basiliensium
Academiâ,

pro Doctoratus in SS. Theologiâ gra-
du consequendo,
publicè defendendas suscipiet

IOHANNES BILSTENIUS
MARSBERGIANUS
VVESTPHALUS,

Ad diem 3. Maji, horâ & lo-
co consuetis.

BASILEAE, typis Ostenianis.
Anno MD. LXXIII.

53

ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO MAURITIO, LAND-
GRAVIO HASSIAE, COMITI
CATTIMELIBOCORUM, DE-
CIORVM, ZIGENHANI, NID-
DAE, &c. DOMINO AC PA-
TRONO SUO CLE-
MENTISSIMO,

*Hasce Theses de justificatione
vitæ.*

dedicauit

subiectissimus

Iohannes Bilstenius
Marsbergianus
Vvestphalus.





II

jehouâ duce.

De

J U S T I F I C A T I O N E V I T Æ
T H E S E S I N A U G U R A L E S .

I.

Iustificatio vitæ, est beneficium Dei, quo nos propter Christum, nostram iustitiam, omnibus peccatis remissis, iustos reputat, & in gratiam recipit. I. ad Corinth. I. vers. 30. ad Roman. 4. 3. 5. 9.

II.

Partes ejus duæ sunt: remissio peccatorum, & imputatio iustitiæ Christi.

III.

Remissio peccatorum, est quâ Deus credentium peccata pro gratuitâ suâ misericordiâ tegere dignatur. Psalm. 32. 1. ad Rom. 3. 7.

IV.

Ejus partes duæ sunt: remissio culpæ, & remissio pœnæ.

V.

Remissio culpæ, est quâ Deus credentium a peccatis ita delet, ac si nunquam peccassent. Iesai. 43. 25.

VI.

Remissio pœnæ, est quâ Deus pœnâ a peccatis illâ pro meritam aufert, ita ut credentes prorsus ab eâ sint immunes. Mich. 7. 18.

A 2 Remissio

VII.

Remissio autem pœnæ intelligatur tum temporalis, tum æternæ.

IIX.

Etsi enim iustificati subiecti sunt in hac vitâ cruci: tamen crux eorū non est propriè pœna, sed vel paternæ castigatio, vel δολιμασία, vel martyrrium.

IX.

unâ autem remissione, pœna quoq; æterna simul cum culpâ remittitur.

X.

Proinde errant Pontificiū, qui culpam tantū remitti contendunt, non etiam pœnam æternam, quam operibus indebitis compensari, & satisfactionibus redimi fingunt.

XI.

Remissio autem peccatorum semel à Deo data, non fit irrita, hoc est, peccata jam antè remissa, iterum non imputantur. Ezechiel. 18. vers. 21. 22. Iesa. 44. 21. Mich. 7. 19.

Hæc de remissione peccatorum: sequitur de imputatione iustitiæ Christi.

XII.

Imputatio iustitiæ Christi, est quâ Deus iustitiam Christi, hoc est, perfectam satisfactionem eius pro nostris peccatis præstitam ita acceptare dignatur, ac si à nobis ipsis præstita esset.

XIII.

Eamq; ita sæpe Scriptura proponit, ut mirum sit,
Bellar-

Bellarminum tom. 3. controvers. general. 3. libr. 2. de
iustificatione cap. 7. asseverare audere, de imputatio-
ne iustitiae Christi nullum in Scripturâ aut Patribus
testimonium extare.

XIV.

Siquidem in uno capite quarto Epistolae ad Ro-
manos, DECIES de ea Paulus loquitur: vid. vers.
3. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 22. 23. 24.

XV.

Eandemq; cõfirmat ad Rom. 5. 19. ad Galat. 3. 6.

XVI.

Improbamus igitur Bellarmini sententiam, qui iu-
stificationem imputatione iustitiae Iesu Christi fieri
negat.

Hactenus partes iustificationis vitae: caus-
sæ jam subjiciendæ.

XVII.

Causse iustificationis vitæ sunt primò efficiens &
materialis: deinde formalis & finalis.

XIIX.

Causa efficiens iustificationis princeps, Deus est:
ipse enim est, qui iustificat. ad Roman. 8. 33.

XIX.

Causa ἀγογγυμείη, antecedens, prima, est æternū
Dei decretum, quo Deus ab æterno, quos voluit, in
Christo ad vitam æternam elegit & prædestinavit:
quemadmodū Paulus ait: Quos autem prædestinavit,
hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit: quos au-
tem iustificavit, hos & glorificavit, ad Roman. 8. 30.

A 3 Causa

XX.

Causa προηγμένη secūda, est gratia Dei. Roman. 3.24. Galat. 5.4. Ephes. 2.8. Tit. 3.7.

XXI.

Causa προκαταρκτική, irritans, est meritum Christi. I. Iohan. 2.12. Roman. 3.24.

XXII.

Non autem nostra merita, vel dignitas.

XXIII.

Causa instrumentalis, est sola fides, per quam iustitiam Christi nobis imputatam, tanquam unicā manu apprehendimus, & nobis applicamus. Rom. 3.22. 25. Roman. 4. vers. 4.5. Galat. 2.16.

XXIV.

Sola, inquam, fides, sine operibus sive ceremoniis, sive moralibus.

XXV.

Fides autem hæc, est vera Verbi Dei, atq; ita promissionis gratiæ notitia, cum indubitato assensu coniuncta, & firma fiducia in Christū Iesum, qui in Evangelio, ut noster redemptor, iustificator & salvator nobis proponitur. Iesaiæ 63.16. Iesai. 53. II. Zachariæ 9. vers. 9. Matthæ. 1.21. Iohan. 4.43.

XXVI.

Errat autem Bellarminus, qui fidem iustificantē negat esse notitiam & fiduciam. Tom. 3. controvers. general. 3. lib. I. cap. 6.

XXVII.

Qui itidem negat, solā nos fide iustificari: sed idem
offi-

officium timori, spei, dilectioni, pœnitentiæ, proposito
suscipiendi Sacramenti & proposito novæ vitæ tri-
buit. d. lib. cap. 12.

XXIIX.

Causa materialis, est obedientia Christi Iesu, Deo
pro nobis præstita. Ad Roman. 5. 9.

XXIX.

Non autem essentialis Dei iustitia, ut Osiander
docuit.

Hæc de causâ efficiente & materiali: se-
quitur de causâ formali & finali.

XXX.

Causa formalis justificationis, est iustitia Chri-
sti, remissis peccatis, gratuita imputatio.

XXXI.

Nequaquam autem forma justificationis gratui-
tæ, est vel habitus gratiæ sive charitatis infusus, vel
iustitia Christi, quæ exemplaris sit causa: ut vult Bel-
larminus d. tom. & lib. cap. 2. vel iustitia in nobis in-
hærens: ut loquitur lib. 2. cap. 2.

XXXII.

Nam habitus gratiæ sive charitatis infusus nõ po-
test esse forma justificationis: quia habitus ille in hac
vitâ est longè imperfectissimus: at coram iudicio
Dei, nulla alia, quàm perfectissima iustitia, consiste-
re potest.

XXXIII.

Iustitia autem Christi, hoc est, satisfactio ipsius,

A 4 non

non forma seu exemplar, quod imitemur, sed materia
nostrae justificationis est.

XXXIV.

Deinde justitia Christi exemplaris, omnino est à sa-
tisfactione ipsius distinguenda.

XXXV.

Tertio, fugienda quoque justificationis & sanctifi-
cationis confusio, quae hac Bellarmini doctrinam in-
troducitur.

XXXVI.

Causa finalis consideratur tum respectu Dei, tum
respectu electorum.

XXXVII.

Causa finalis, respectu Dei, est ipsius gloria.

XXXVIII.

Causa finalis, respectu electorum, est ut sint hære-
des secundum spem vitae aeternae. Ad Tit. 3. 7.

Hæc de causis: sequitur de effectis.

XXXIX.

Effecta justificationis maxime illustrata in Sacra
Scriptura exprimuntur: 1. pax apud Deum. 2. aditus
ad thronum gratiae. 3. gloriatio in spe gloriae Dei. 4.
gloriatio super afflictionibus. 5. conservatio ab ira. 6.
regnum in vita. 7. sanctificatio. 8. immunitas à con-
demnatione. Ad Roman. 5. vers. 1. 2. 3. 9. ad Ro-
man. 6. vers. 18. & 22. Roman. 8. 33.

Hæc de effectis: sequitur subjectum ju-
stificationis.

Subje-

XL.

Subiectum justificationis est homo, non iustus,
sed impius: ut Paulus testatur, ad Roman. 4. vers. 5.

XLI.

Eum tamen impium justificari dicimus, qui nō sit
reprobus.

XLII.

Ac propterea errare dicimus eos, qui opera prae-
paratoria & merita congrui fingunt, ut ita justificari po-
tius iustum asserant.

XLIII.

Abominamur etiam eorum dogma, qui electorum
& reproborum differentiam, non ut par erat, agno-
scunt: sed justificationis benedictionē aequē ad repro-
bos atq; ad electos extendunt.

Hæc de subiecto: sequuntur adjacentia.

XLIV.

Adjacentia justificationis sunt primò, Sacramen-
ta, quæ sunt sigilla iustitiæ fidei. Roman. 4. vers. 11.

XLV.

Non autem ipsa justificāt, vel justificandi vim ha-
bent ex opere operato, ut adversarii loquuntur.

XLVI.

Deinde: CERTITUDO. Certa enim est iusti-
ficationis benedictio omnib; vivâ fide in Iesum Chri-
stum credentibus.

XLVII.

Propterea impium esse censemus Conciliū Triden-
tini decretum, Sess. 6. can. 13. quod & Bellarminus

A 5 defen-

defendit lib. 3. de iustificat. cap. 4. quod ita habet: Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessariū esse, ut credat certō, & absq; ullā hesitatione propriae infirmitatis & dispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit.

XLIIIX.

Improbamus etiam, quod ex hoc errore deducit Bellarminus, dict. libr. cap. 12. praedestinationem seu electionem ad vitam aeternam esse incertam.

XLIX.

Item, fidem salvificam ab electis amitti posse. d. libr. cap. 14.

L.

Et contra asseveramus, ut iustificationis benedictionem semel credentibus datam, ita quoq; electionem ad vitam aeternam & fidei salvificae gratiam certam electis esse & manere.

**DEO UNI ET TRINO SIT LAUS ET
GLORIA IN AEVUM SEMPITERNUM.**

FINIS.



EXTRACTUS contentorum.

Tossani (Danielis) theses & antitheses de coena Domini, de
Personâ Christi, de Baptismo & Tridestinatione.

epd: Catena aurea ex Rom. 8. 29.

epd: Cuestiones tres. 1. Quomodo definienda & agnoscenda sit vera religio Christiana.
2. an opo sit hinc appellatioibus Lutherianorum, Calvinistarum ad Religionem veram
a falsâ discernendam: 3. Cuius causi sit ad: contra Calvinistas & an eo sint digni.

epd: Deum sine contradictione dici Trinum & unum.

epd: de justificatione.

epd: De magnis & ultimis Comitiis.

epd: utrum ubi possit fides nam praesens et vitam nostrae electionis.

epd: in Ps. 1. & 116. meditatio.

epd: De Pelagianismo & eius reliquis.

epd: in Luc. 18. 8. En. filigam: exercitio respicit fidem.

epd: De bacchanalibus & jejuniis lupae quadrages.

epd: contra tunc deos frustra Messiam expectantes.

epd: de Pele. 1. cur ita sit formidabilis. 2. cur pios incedat. 3. an pro ea
alio fugere liceat.

epd: De sapientia Christiana.

epd: De rectâ integrâ Ecclesiarum Reformatione.

epd: De Papatu, quod sit, quod capere, an rectè oppugnet.

KIMEDOXCU (Jacobi) de Rege & Evangelio.

epd: de immutabilitate certitudine & usâ pdestinationis divinae.

epd: De necessitate & definitione bonorum operum.

epd: De Sacrificiis & adops. Missam.

epd: De gratiâ & libero arbitrio.

epd: De Personâ Christi.

epd: De peccato originis.

Tossani contra Pseudeo-evangelios b. e. q. male videtur.

KIMEDOXCU de Calceâ Jesu Christi.

epd: De incarnatione Filii Dei.

ALAMINI de Evangelio.

epd: De fide sacra.

epd: De coena Domini.

ego: de proprietatibus Dei.
 ego: de fœdere Dei cum hominibus.
 ego: de unione Symp: adai nat: in tro & omn: idiom:
 ego: de Sacramentis in genere.
 ego: de Baptismo.
 ego: de coena Domini.
 ego: de Personâ Christi, morte, et merito, ascensione, sessione ad dex: terram,
 prædest: fide & pœces: Minist: Eccl: iust: de Sacramentis in gre, de
 bapt: de coena Dni.

JUNII (Francisci) de libero hominis arbitrio.

FAYI (Antonii) de sede Romani Pontificis.

POZANI (Ananii) de Ecclesiâ.

PIERI (Urbanii) in un & eund: deum deum et P. Fil: & Sp: S.

ego: de peccato originali

ego: de justificatione.

ego: de Ministerio.

MUSCULI (Andree) de libero arbitrio.

PHILIPPI BERGARDI Hassi epistola ad D. Hunnion.

CALVINI MUS Heidebergensis Dialogo Colloquios Nemesis & Agabus.

Epopsi Synopses Nyliana.

Testis singularis SS. Majestatis Pontif. hoc tempore indices falso et
 frustra negare lasam Johanne III fuisse mulierem.

TIMPERI (Clem.) Exegema Philosophicum 1. de unione anime rationalis
 cum corpore organico. 2. de voluntate, cog: Subst: creata. 3. de insertione
 accidentis in Subst.

POZANI de coena Domini.

BILSTEINI de justificatione.

nam
de

lis
stia



Umg. VI 45

ULB Halle 3
002 379 767



s. b.

WDA



... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...


... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...

... dicitur ...
... dicitur ...





De
IUSTIFICATIONE
VITÆ, THESESI IN-
AUGURALES:
quas,
Præsidente & adjuvante Deo
Opt. Max.

Autoritate & decreto Reverendi &
honoratissimi Collegii Theologi-
ci, in illustri Basiliensium
Academiâ,
pro Doctoratus in SS. Theologiâ gra-
du consequendo,
publicè defendendas suscipiet

IOHANNES BILSTENIUS
MARSBERGIANUS
VVESTPHALUS,

Ad diem 3. Maji, horâ & lo-
co consuetis.

BASILEAE, typis Ostenianis.
Anno cl. l. v. xciii.